



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mechlinia Illustrata Luce Miraculorum S. Francisci Xaverii  
Orbis Utriusque Solis Ac Thaumaturgi Chronicis Distichis  
evulgata Anno M.D.C.LXVI.**

**Grumsel, Gérard**

**Mechliniae, 1666**

§. 3.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11918**

S. 3.

JOANNES ERNESTUS Baro de Surlet Ecc. Cathedralis Leod.  
Canonicus, & Collegiatæ oppidi Visetensis Abbas sacerdotalis, nec  
non Ser. mi Episcopi & Principis Leodiensis Vicarius Genera-  
lis &c. Omnibus, & singulis has visuris salutem in Domino.

**Q**uemadmodum non unum locum percurrit S. FRANCISCUS XAVERIUS Japoniae, atque Indiarum è Societate IESU glorious Apostolus, ut Dei nomen portaret coram exteris gentibus, & Regibus, ita non uno in loco nomen ejus prodigiis beneficis, & miraculis hac tempestate clarum reddere videtur Deus: Mechliniæ præsertim ad Sacras ejus Reliquias miraculis ab Illust. & Rev. Domino Archiepiscopo Mechlinensi approbatis insignes, pluribusque alius Beneficis ab eodem, & aliis Ecclesiæ Præsulibus rite jussis examinari, & typis vulgari. Hæc Miraculorum, ac Beneficiorum fama Diœcesim Leodiensem penetravit, in quâ complures grati agnoscunt se peregrinationibus, aut votis ad predictas Reliquias directis, solatium in morbis, aut tribulationibus suis inveniente, præsertim in Districtu Archidiaconatus Condroyensis. Quare commissimus Ven: D. Matthiæ de Amezaga Canonicus regulari in Cloisterade, Præposito, & Pastori Limburgensi, ut auctoritate nostrâ examinaret, quæ per Sancti sui invocationem beneficè illuc operari dignaretur Deus, nosque debitè informaret. Hisce itaque testatum facimus accepisse nos à predicto domino instrumentum rite formatum, quo palam sit, quod Maria Anna Garaff filiola trimestris, cum toto capite collo, atque ad o toto corpore plena esset tumoribus, glandulis & apostematibus, & præsertim duo majora haberet sub axillis dura; cumque deposita curationi spe omni manum subiraxisset Chirurgus, ad invocationem S. FRANCISCI XAVERII, cultumque Imaginis ejus, ac usum olei ex lampade Mechliniæ ante sacras ejus Reliquias ardente allati, intra paucos dies sit sanata: id quod præter parentes, & aviam ipse Chirurgus juratus est testatus, agnoscens hanc in re diuinam virtutem, prout agnovere etiam duοi experti Chirurgi desuper consulti. Quæ nos considerantes, & honorare volentes, & desiderantes ab omnibus honorari, quem Deus tot signis, & prodigiis ad prædictas Reliquias in templo Societatis IESU Mechliniæ expositus, ostendit se velle honorare: Declaramus videri nobis, pīd, ac prudenter personationem istam attribui intercessioni S. FRANCISCI XAVERII: atque ita permittimus, ut ejus enarratio typis vulgari possit in bona sic depontium, atque attestantium fide: Gratias agentes Deo quod etiam ad hanc Diœcesim nostram, virtutem Brachii sancti sui patiatur extendi, & dilaudantes solerter eorum pietatem, qui in afflictione constituti vota ad predictum Sanctum predictaque ejus Reliquias dirigunt: in quorum fidem hæste manu, & Sigillo nostris munitas expediri iussimus. Datum Leodii in ædibus nostris claustralibus Anno M. DC. LXIV. Mensis Septembris die decimâ tertia.

*Locus \* Sigilli.* JOANNES ERNESTUS DE SURLET.  
Canonicus & Vicarius General. Leodiensis.

R 3

JUDO-